


**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus ...
Exequias ... Joachimo Albino, a Parentibus Moestissimis Varnemundae
exequendas Civibus Academicis ex more indicit, ad easque quibus forte non
incommodum eundas, amice invitat**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742727416>


Druck Freier  Zugang





Cobabvs, M.,
in juvenem J. Albinum.

R. 1659.

8.







PROGRAMMA,
^{Quo}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABVS,
S.S. Th. D. & Mathem. P.P.

EXEQVIAS
Non exigua. spei ac expectationis
JUVENI

JOACHIMO
ALBINO,

à
PARENTIBUS MOESTISSIMIS
VARNEMUNDAE
exequendas

CIVIBUS ACADEMICIS
ex more indicit,
ad easque

quibus forte non incommodum eundas,
amicè invitat.

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
Anno M. DC. LIX,



Abet hæc vita instar cujusdam vasti
ac procellosi maris, quod perpetuò
hiems quædam ac turbo exercet.
Appositè eam in rem SENECA,
(quem si legas ut paganum, scripsit
Christianè: si ut Christianum, scripsit paganicè)
In hoc profundum, inquit, inquietumque projecti ma-
re, alternis astibus reciprocum, & modò allevans nos
subitis incrementis, modò majoribus damnis deserens,
assidueque jactans, nunquam stabili consistimus loco:
pendem⁹ & fluctuamur, & alter in alterum illidimur,
& aliquando naufragium facimus, semper timemus.
In hoc tam procelloso, & in omnes tempestates expo-
sito mari nullus portus nisi mortis est. Experien-
tia ipsa testis est, solere hoc navigantibus, quo-
rum vita è funibus suspensa est, non raro accide-
re, ut vel in medio tranquillo aliquis turbo subo-
riatur repente, ac deprehendat navem, nec tam
concutiat quassetq;: quam planè demergat, ne-
quicquam contra nitentibus nautis & vastam
hiemem avertere conatis, cum incumbentis, ut
sic loquamur, fati necessitas pl⁹ valeat, quàm omnis
laborantium industria atq; contentio. Gemina
omnino & paria prorsus in vita sæpius expetunt;
& frequentissimè contingit, ut, cum valemus ma-
ximè, cū lateri pedibusq;: quam optimè est, subitane-
i mali vis ingruat, & simul medentium opem
accuram, simul nosmet ipsos elidat atq;: evertat.

Docu-

Documenta indies capimus quā plurima, & hodie in primis JOACHIMUS ALBINUS, optimæ spei ac expectationis Juvenis testari potest, qui nihil ejusmodi metuens, cum rectè habere valetudo videretur, inopinato & acuto morbo correptus inter vivos esse desit. Quæ cum ita verè se habeant, mirandum profectò tam ferocire nonnullos, atq; securè agere, itaq; instituere vitā, ac si aut eripi nunquam possit, aut certè longissimè absit à fine. Sed hoc plerumq; ingenio sumus homines, ut futurorum aut cæci, aut certè incuriosi cogitemus potius ac praveamur, quæ ad manus sunt, quàm quæ imminet; atq; ita raptemur sapius extra oleas, agamusq; superbius, quàm conditionē nostram decebat. Rectius igitur salutē suæ animæq; consulunt ii, qui ita se tractant in vita & comparant, ne à morte, cum venerit, imparati offendantur. Hæc enim non legē ullam habet; cui maturum etiam est, quod vix jam natum, imò antequam natum. Non tempus ullum, non personā respicit: & sicut destinata omnib; est; ita tollere quosvis semper potest. Qui verò ante providerūt eam, alacri postea animo, certè non trepido, excipere solēt. Fecit id sedulo ALBINUS noster, quod Boni omnes quotquot paulo familiaris novere Juvenem, abunde testantur. Quæ propter cum ita vixerit apud nos hæcenus, ut insigne exemplum & pieratis & industria præberet aliis, par est profectò, ut quæ aliis
habi-

habitus honor, cum efferendi essent, is ipsi quoque exhibeatur. Cum exequendo (quibus commodum) ejus funus, tum exponendo de vita, ut solet: quod nunc ingredimur facere. Nat^o igitur est ad ostium Varni, quod vulgò Varnæmundam appellant, Anno cl^o l^o c^o xxxvi, d. xxiv, Februarii. Patrē habuit Reverendum Clarissimumque Virum M. JOACHIMUM ALBINUM, Pastorem Ecclesiæ Varnæmundensis & verbi ministrum optimè meritum; Matrem AGNETEM Schulzen/ornatissimam faminam. Avum paternum sortitus JOHANNEM ALBINUM, Scholæ quondam Graboviensis Rectorem; postea temporis Civem & Ædi D. Bartholomæi memoriæ apud Parchimenses consecratæ Præfectum, virum prudentē peritumque rerum; aviam paternam CATHARINAM Matchowen/lectissimam faminam. Proavus paternus ei fuit MAGNUS ALBINUS, Senatoriæ apud Parchimenses dignitatis vir, prudentiâ singulari ac industria notus olim ac probatus; proavia paterna GERTRUDIS Wendelmanns/honesti planè nominis matrona. Avum maternum laudavit JOACHIMUM Schulzen/civem Parchimensem integritate maximè præstantem: fratrem germanum illius JOHANNIS J. U. D. & Cancellariæ Ducalis Mecklenb. Consiliarii gravissimi; aviam maternam AGNETEM Wüddberges/matronam longè eximiam. proavum maternum sortitus fuit CHRISTIANUM Schulzen/qui Reipub. Parchimen.

chimensium non parvâ cum gloriâ aliquot annis
Consulari dignitate præfuit; proaviam maternâ
CATHARINAM Boffowen / JOACHIMI Boffowen /
Consulis itidem Parchimensis filiam. Infans lu-
stratus Fonte in Parentum gremio inter pietatem
& innocentiam feliciter adolevit. Domi primum
traditus in Scholam tirocinia literarum puer po-
suit ita, ut proætatis modo satis fecisse profectû
intelligentibus videretur. Additi postea maturè
Præceptores privati à doctissimo Parente fue-
runt. Qui quidem nec sumtib⁹ perpercit unquam;
& in eam curam perpetuò incubuit, ut non nisi
optimis magistris filius uteretur. Qua quidem in-
re mira hodie Parentum cessatio. Deligunt cui
committunt curandum equum, & filium cuivis
committunt. Pluris conducitur equiso, quàm
rex pueritiæ. Pejus cum illis pueris agitur, qui in
antris tenebrionum quorundam sanè quàm illi-
beraliter educantur. Non enim quisquis vir do-
ctus ac bonus est, statim accommodus est erudi-
endæ pueritiæ; Multis deest lenitas, aliis laborum
patientia. Nec tantum in præceptore spectanda
est eruditio, sed multò magis morum integritas.
Hic igitur oportet liberum ac serium esse judiciû,
nec accersendus ille, qui semet ingerit, qui blan-
diens ambit, qui obtruditur ab amicis. Præcepto-
res igitur Noster habuit WOLFGANGUM TRIPPIUM,
nunc Wolfenbyti ministrum verbi; postea JOAN-
NEM

NEM ZEISUM, in præsens Ludimoderatorē Frid-
landensem; paulò post HENRICUM AMSELIUM,
nunc Scholæ Rostochiensis oppidanæ Synergum,
Artium liberalium Magistrum & Poëtam lauru
coronatum; deniq; GEORGIUM TILMANNUM,
Transilvanum, sub cujus disciplina & ductu egre-
gios profectus in artibus ac melioribus literis fe-
cit. Eodē n. duce atq; magistro Theologiæ prin-
cipia hausit tam feliciter, ut uniuscujusq; libri
Biblici non tantum, sed etiam cuiuscunque capi-
tis summam ac rationem redder: exactè in prom-
tu haberet. Cum in hunc modum non defuncto-
riè excoluisset animum, auspiciis Parentis optimi
ac Novercæ ELISABETÆ Willebrandt (quæ eâ fide
ac pietate privigni hujus educationi semper præ-
fuit, ut nulla germana mater, aut plus debere ex
se natis liberis, aut abundantius persolvere possit)
in Academiâ nostrâ concessit; ut paulò graviorib; studiis
animum applicaret. Otio ac ignaviæ deditus non fuit,
sed cum meditando domi assidue, tum publicas Lectio-
nes privatasque scholas publicorum Præceptorum ob-
eundo non parum sibi peperit laudis. Collegium Astro-
nomicum in Informatore: Collegium verò Logicum
M. JORDANO, non sine maximo suo emolumento ha-
buit, & frequentavit assidue. Pietatis, uti sola est, à qua
omnis nostra petenda felicitas; ita præcipue & non vul-
gari modo amantissimus fuit, & omnis honesti ac deco-
ri studiosus imprimis. Coëterum modestus, commodus,
ut nemo à consuetudine ejus abhorreret. Sodalitia pra-
va ex animo averfatus, quippe quæ bonos mores facile
corrumpunt.


corrumpere: memor illius Pythagoræ: *μη γαστέρι με
λαρῆσιν, ne gastes quibus nigra est cauda.* Significat enim
non consuescendum cum hominibus ad malitiam nigris.
Ex quo huc venisset primum, tentatus eo tempore mor-
bis non fuit. Superiore tamen d. XXIII. Aprilis ad-
versa valetudine, præter omnium opinionem, corripi
cepit. Quod cum videret, illicò, (ut sibi DEUM pro-
pitium ac benevolam, de quo & ante, ut diximus modò,
semper sollicitus cum primis fuit, habere posset, & ita di-
scedere ex ista calamitosissima vita hominum, ut spem
firmam haberet illius consequendæ, quæ neque modum
felicitatis, nec ullum etiam finem habet) misit, qui mini-
strum verbi, Virum maxime Reverendum atque Excel-
lentissimum DN. NICOLAUM RIDEMANNUM,
SS. Theol. Licentiatum accerleret. Cui cum peccata
confessus fuisset, eorumque veniam serio petiisset, post
exomologesin in sacrosanctis mysteriis & vitæ & pacis
æternæ pignus devotissime accepit. Advocata quidem
extemplo etiam MEDICI auxilia sunt. Nec quicquam
aut artis aut studii intermisit Excellentissimus atque Ex-
perientissimus Vir JOANNES BAGMEISTERUS,
Medic. D. & P.P. Collega noster honoratissimus, quo le-
vari jacens curarique posset; sed nihil promovit omnis
industria contra acutum malum. Quod ergò reliquum
fuit temporis, precibus & orationibus impendit omne,
quibus se Servatori optimo, quem firma fide sedulo sem-
per complexus fuit, commendavit, atque in medio illa-
rum, placidè perquam d. XXIX. Aprilis, inter tertiam
& quartam matutinam decessit, natus annos XXIII.
O beatissimam ejus animulam, quæ amputatis non tan-
tum ramis miseriarum, sed omnibus radicum fibris evul-
sis in sinu Abrahæ jam conquiescit lætissimoque DEI
con-


conspetu fruitur! Neque enim credo quēquam esse,
qui in dubium vocare hoc velit: quandoquidem AL-
BINUS noster, & bene natus est, & præclare vixit, & piè
in vera CHRISTI Servatoris agnitione & invocatione
exspiravit. Dolet quis quod juvenis obierit? cogitemus
vicissim DEO acceptos homines (quod non sacris tan-
tum confirmatum est literis, sed gentium quoque proba-
tum consensu) in juventute rapi: & per mortem, quæ
Cypriani est sententia, cum vivendi periculis subtrahi-
tum in non peccandi securitate constitui.


Corporis exuviæ deportatæ sunt Varnæmundam,
ubi hodiè commendabuntur terræ. Quorum commodo
fieri potest (nec deerunt fortasse) ut eò excurrant, & su-
premos honores ejus celebrent, eos ad id humanitatis of-
ficiū etiam atque etiam adhortamur.

P.P. Sub Sigillo Rectoratûs ad d. III. Maji,
AN, recuperatæ gratiæ cl. loc LIX.











corrumpent: memor illius Pyt
λαρῶρον, ne gusses quibus nigra est ca
non consuescendum cum hominib
Ex quo huc venisset primum, ten
bis non fuit. Superiore tamen
versâ valetudine, præter omniu
cepit. Quod cum videret, illico
pitium ac benevolum, de quo & an
semper sollicitus cum primis fuit,
scedere ex istâ calamitosissima vi
firmam haberet illius consequend
felicitaris, nec ullum etiam finem
strum verbi, Virum maxime Reve
lentissimum DN NICOLAUM
SS. Theol. Licentiatum accerieret
confessus fuisset, eorumque veni
exomologesi in sacrosanctis my
æternæ pignus, de votissime ac cop
extemplo etiam MEDICI auxilia
aut artis aut studii intermisit Excel
perientissimus Vir JOANNES
Medic. D. & P.P. Collega noster in
vari jacens curari que posset; sed
industria contra acutum malum.
fuit temporis, precibus & oration
quibus se Servatori optimo, quem
per complexus fuit, commendavi
rum, placidè perquam d. XXIX.
& quartam matutinam decessit,
O beatissimam ejus animulam, qu
rum ramis miseriarum, sed omnibu
sis in sinu Abrahæ jam conquiesc

καυεσθαι με
ficat enim
iam nigris,
pore mor
Aprilis ad
m, corrip
EUM pro
nus modo,
t. & ita di
p, ut spem
ic modum
qui mini
que Excel
ANNUM,
m peccata
isset, post
æ & pacis
ta quidem
quicquam
atque Ex
STERUS.
us, quo le
vit omnis
reliquum
lit omne,
dulò sem
medio illa
er tertiam
s XXIII.
s non tan
bris evul
que DEI
con-

